



De Pompeis. VIII.

Si nos, huius aetatis homines, ruinas Pompeiorum oculis perlustramus, animo reficere¹ conamur vitam quotidianam, quae



ante duo millia annorum in hac urbe agebatur.² Cogitatione³ nostrā e sepulcris redeunt ii, qui olim hic ambulabant, in labore erant, amabant, oderant, patiebantur, ut nos... Videmus hominibus impleri vias, domos, tabernas,⁴ cubicula.⁵

Ante oculos nostros insurgit⁶ vir togatus,




qualis fuit IX. Cal. Sept. anni LXXIX. In popinam⁷ gressus⁸ dirigit, ubi ollae⁹ fumant,¹⁰ ut fumabant olim. De sertis¹¹ pendent pisces,

ante popinam olera¹² iacent, ut quondam... Visio¹³ est, quae animo¹⁴ ficta¹⁴ continuatur: Homo noster cibaria¹⁵ emit, olera licetur,¹⁶ quae domum portet uxori. Sed et panes empturus est.

In hoc itinere eum sequemur. Videmus in Decumanum¹⁷ Maiorem¹⁷ intrare; deinde iter pergit, tum prope Viam¹⁷ Quartam,¹⁷ ante insulam maximam consistit: aedes Pansae adeptus¹⁸ est.


Sex tabernas hic videmus, in aliis sex membris¹⁹ aedium pistrina²⁰ celebris est. Quattuor molis²¹ farina²² paratur. Basis²³ molae dicitur meta, pars superior catillus, qui non dissimilis est infundibulo²⁴ duplici. Infundibulum superius frumento recipiendo destinatum est, cum grana²⁵ inter infundibulum inferius et basim immobilem terendo²⁶ comminuantur.²⁷



Ut rotatio²⁸ eo facilius fieri possit, infundibulum duplex cacumine²⁹ ferreo nititur. Tenuissima parte catillus excavatus³⁰ est, ubi perticā³¹ circumagi³² possit.


Iuxta molas videmus furnum,³³ a dexterā conspicitur recessus³⁴ cavus³⁴ aquae recipiendae.

In uno forno unus et octoginta panes inventi sunt, qui quidem iam vetuli³⁵ erant,



quia annos mille et octingentos in forno iacebant. Nunc pars eorum in museo Neapolitano asservatur.

1 följút 2 «lefoly» 3 képzelet 4 bolt 5 szoba
6 föltámad 7 kifőzés 8 lépés 9 fazék 10 gőzölög
11 füzér 12 olus zöldség 13 látomány 14 elképzel
15 étel 16 rá alkuszik 17 l. 37. lap 18 elér 19 helyiség
20 pékműhely 21 molae, -arum malom 22 liszt 23 alj
24 tölcsér 25 gabonaszem 26 dörzsöl 27 felapróz
28 forgatás 29 hegy 30 kiváj 31 rud 32 forgat 33 kemence
34 mélyedés 35 régi.



Reditus Ulyssis. VII.

Cum Ulysses in domum intraret, vidit procos epulantes.¹ Rex dixit se esse senem pauperem et singulos rogavit, ut sibi aliquid donarent. Alii et panem et carnem dederunt, alii eum deriserunt² et male tractaverunt.³ Ulysses omnia aequo⁴ animo tulit, sperans se illos mox puniturum esse; neque eum spes fefellit.⁵

Dum proci epulantur, intrat Penelopa et «O proci» — inquit — «habeo arcum,⁶ qui olim Ulyssis fuit. Ille hunc arcum facillime tendere⁷ et optime sagittam⁸ mittere⁹ solebat.¹⁰ Hunc igitur sumite, o proci, et inter vos certate.¹¹ Ego autem ei nubam, qui rectissime sagittam miserit.»

Haec dixit regina propterea,¹² quia sperabat fore, ut nemo procorum arcum tendere posset. Proci autem gaudebant; unusquisque enim sperabat se ceteros superaturum et ita

Penelopam uxorem¹³ habiturum esse. Sed Ulysses putavit tempus venisse, quo procos punire posset; itaque Eumaeo se aperuit¹⁴ et omnia praeparavit, quae opus¹⁵ esse videbantur.


Eurycleia, quae nutrix¹⁶ quondam¹⁷ Ulyssis erat, cognovit¹⁸ dominum. Cum enim more veterum hospitis¹⁹ pedes lavaret,²⁰ vidit ciatricem,²¹ quam adulescens ab apro ac-



ceperat. Iam Eurycleia clamare vult, cum ei Ulysses os manū opprimit.²²

Postero die omnes proci convenerant, ut

¹ epulor étkezik ² kinevet ³ tracto = bánik vele
⁴ nyugodt ⁵ fallo csal ⁶ íjj ⁷ feszít ⁸ nyíl ⁹ kiló
¹⁰ szokott ¹¹ küzd ¹² azért ¹³ feleségül ¹⁴ fölfedez
¹⁵ szükséges ¹⁶ dajka ¹⁷ egykor ¹⁸ megismer ¹⁹ vendég
²⁰ mos ²¹ sebhely ²² befog



Rusticus et filius

Rusticus quidam cum servis et filio in agro laboravit. Dum homines laborant, canis sub umbra dormit.

— Mi pater inquit filius, quam bene se habet ille canis! Non debet laborare et semper quiescit. Equidem canem me esse velim.

— Bene est, mi fili. Reclina¹ te¹ in gramine,² ne labora, si ita placet.

Filius recumbit³ sub arbore et usque ad meridiem bene quiescit, tum pater servi diligentissime laborant.

Interea aderat tempus prandii.⁴ Pater servi-

que labore intermisso⁵ iucundis cibus vescebantur.⁶ Filius somno excitatus ad patrem venit pransurus. Sed pater dixit:

— Tu recede⁷ ad canem et exspecta, dum tibi quoque aliquid praebetur.

Prandio finito pater filio crustam⁸ cum ossibus semirosis⁹ iecit. Idem fecit coenā vespertinā. Sed tum filius pertaesus¹⁰ vitam caninam patrem ita allocutus est:

— Mi pater, iam satis est vitae caninae. Nolo amplius eam agere,¹¹ nam canis tractatur more canino.

— Viden',¹² mi fili, canis sit canis, homo sit homo. Hoc est consilium divinum.

Filius verbis patris penitus¹³ perspectis non unquam de labore questus¹⁴ est.

Th. Osztrovsky.

¹ nyújtózkodik ² gyepl ³ lefekszik ⁴ ebéd ⁵ félbehagy
⁶ eszik ⁷ visszamegy ⁸ kenyérhég ⁹ félig le-rágott
¹⁰ megunva ¹¹ folytat ¹² vides-nc ¹³ teljesen
¹⁴ queror panaszkodik.

inter se certarent. Sed nullus eorum potuit arcum tendere. Cum omnes frustra²³ se fatigassent,²⁴ dixit Ulysses: «Mihi date arcum; ego quoque eum tendere conabor». ²⁵ Proci riserunt,² sed Telemachus patri dedit arcum. Celeriter Ulysses hunc tetendit, tum sagittam imposuit²⁶ et superbissimum²⁷ procum misso⁹ telo occidit.

Omnes territi²⁸ sunt et rogaverunt, ut sibi parceret.²⁹ Arma enim non habebant, quoniam ea ab Ulysse et Eumaeo in alium locum lata³⁰ erant. Ulysses autem preces procorum non exaudivit, sed omnes occidit.

Deinde Minerva Ulysses in priorem formam mutavit.³¹ Advocata est Penelopa et maximo cum gaudio maritum³² suum agnovit.³³ Sic Ulysses post viginti annos in patriam rediit et procis superatis regno suo potitus³⁴ est.

Verba publica.

Nodum³⁵ in scirpo³⁶ quaerit. — Nolens volens. — Noli me tangere.³⁷ — Noli turbare³⁸ circulos³⁹ meos. — Nolim esse eo,⁴⁰ quo ille est, loco. — Nomen et omen.⁴¹ — Nomina sunt odiosa.⁴² — Non bene olet,⁴³ qui semper bene olet. — Non cuivis⁴⁴ contingit⁴⁵ adire⁴⁶ Corinthum. — Non omnis⁴⁷ moriar. — Nondum⁴⁸ clivum⁴⁹ exsuperavimus.⁵⁰ — Nondum omnium dierum sol occidit.⁵¹

²³ hiába ²⁴ fátaszt ²⁵ kísért ²⁶ rátesz ²⁷ gógös ²⁸ ijesztt
²⁹ kegyelmez ³⁰ fero vizs ³¹ változtat ³² férj ³³ fölismer
³⁴ elfoglal (abl.) ³⁵ csomó ³⁶ káka ³⁷ érint (ne nyulj hozzám!) ³⁸ megzavar ³⁹ kör (mondta állítólag Archimedes a belépő katonának, ki a tudóst lanulmányában zavarta s azután megölte) ⁴⁰ eo... loco ⁴¹ jel, jelentőség (pl. Vörösnek hívják és vörös a haja)
⁴² gyűlöletes ⁴³ szaglik (t. i. nem ér sokat, ki mindig cicomázza magát) ⁴⁴ bárkinek ⁴⁵ sikerül ⁴⁶ eljut (nem mindenki szerencsés) ⁴⁷ egészen (aki halhatatlan) ⁴⁸ még nem ⁴⁹ domb ⁵⁰ áthág (még nem vagyunk túl a bajon) ⁵¹ lenyugszik (még nem nyugodott le örökre a nap, nem kell mindjárt kétségbeesni).



Lusores nostri Parisios profecti sunt, ut follibus¹ pulsandis¹ cum Parisianis certarent. Hungari follem ter in portam Gallorum pulsaverunt, porta nostrorum intacta

mansit. Acta² diurna² Parisiana, in quibus *Le Petit Parisien*, *Le Temps*, *Matin* ordine enarrant singulas partes lusū et summis exferunt laudibus dexteritatem³ Hungarorum.

Postridie⁴ vero Nonas⁴ Ianuarias⁴ nostri domum profecturi, Mediolani cum Italis certamen follis pulsandi inierunt. Hac quoque occasione secundo Marte certantes follem semel in portam Italicam iniecerunt, porta nostrorum immunis⁵ mansit.

Parisios et Mediolanum sequebatur Tigurum,⁶ ubi Hungari cum Helvetiis contenderunt. Sed ibi nostri adverso certabant Marte, quia portā a Helvetiis bis occupatā non unquam Tigurinorum portam expugnare poterant.

¹ rugólabda ² napilap ³ ügyesség ⁴ január 6-án
⁵ érintetlen ⁶ Zürich.



Nuper verba¹ fecimus¹ de aëronauta, Hoxsey, qui in Californiae urbe Los Angeles subvolans omnibus adhuc aëronautis altius evehebatur. Nunc indidem² nuntius affertur Hoxseyum in altitudine ducentorum metrorum pari³ pondere³ parum⁴ libratum⁴ decidisse. Turbine⁵ enim sedili⁹ eiectus humum excussus est. Mater aëronautae testis et spectatrix calamitatis filii aderat, qui antequam deiceretur, duas iam horas in aëre morabatur. Hoxsey ilico mortuus est.


Moisant Gallus, qui aestate superiore ex urbe Issy, prope Parisios, Londinium volaverat, mense vero Octobre Novi⁷ Eboraci⁷ statuā libertatis circumvolatā praemium primum nactus erat, Genabi⁸ Novi⁸ pro praemio Michelinio certaturus subvolavit. Iam ducentis metris altius evectus erat, cum motor incertā de causā moveri⁹ substitit⁹ et machina circum se rotata¹⁰ humum cecidit. Spectantes ad fragmenta aëroplani cucurrerunt, unde infelix pro-

¹ szól ² ugyanonnan ³ egyensúly ⁴ kevésbé egyenget, fölbillent ⁵ forgószél ⁶ sedile ülés ⁷ New-York
⁸ New-Orléans ⁹ megáll ¹⁰ forog

tractus est. Adhuc vixit, sed cum in valetudinarium¹¹ portaretur, exanimatus¹² est.

Livius Burattini, qui anno 1615. Venetiis¹³ natus est, in aulam Polonicam¹⁴ pervenit, ubi machinae suae exemplar¹⁵ ostendit, qua se Varsoviā Constantinopolim duodecim horis volare posse affirmavit. E sex alis machinae quattuor ad tollendum, duae autem ad movendum factae erant; cum machina attolleretur,¹⁶ alae pandebantur,¹⁷ cum demitteretur, alae claudebantur. Burattini quingentos thaleros¹⁸ a rege petivit, ut machinam ad exemplar propositum facere posset. Parum constat, praestiteritne rex, quae Burattini rogavisset.

¹¹ kórház ¹² meghal ¹³ Venezia ¹⁴ lengyel ¹⁵ minta
¹⁶ fölszáll ¹⁷ nyílik ¹⁸ tallér.



Chicago est una omnium urbium maxima, quia nunc a 2.700.000 hominibus habitatur, in quibus quadraginta populorum cives inveniuntur. Germanorum sunt quingenta millia, Hibernorum¹ centum octoginta millia, Polonorum² centum viginti quinque millia, Suecorum³ centum millia, Bohemorum nonaginta millia, Britannorum quinquaginta tria millia, Norvegorum quinquaginta millia, Batavorum⁴ triginta quinque millia, Italorum viginti quinque millia, Scotorum unum et viginti millia, Danorum viginti millia, Gallorum quindecim millia, Hungarorum quinque millia etc.

Praecepta⁵ vivendi.⁵ Ambula, si potes, quotidie libero⁶ aëre, et quidem loco editiore,⁷ a hominum domiciliis procul.

Septem horas dormi et surge, simulac expectatus⁸ es; tum ilico labori operam⁹ da.⁹

Sume cibum, quando esuris et manduca¹⁰ lente.


Bibe, quando sitis.¹¹ Loquere, quando opus est et solum dimidium eorum dic, quae cogitas.

Solum id scribe, quod subscribere potes. Fac, quod dicere potes. Noli oblivisci alios

auxilium a te exspectare, tu autem nullius exspecta auxilium.

Aestima pecuniam tanti, quantum valet.¹² Est enim servus bonus, sed dominus pessimus.

¹ ír ² lengyel ³ svéd ⁴ hollandi ⁵ életszabály
⁶ friss ⁷ magas ⁸ expergiscor ébred ⁹ nekifog ¹⁰ eszik
¹¹ silio szomjazik ¹² ér



Henricus Pol omnibus notus est, qui unquam Parisiis erant. Nemo est, qui in Hortis¹ Tegulariis¹ hominem passeris cibantem² viderit. Abhinc viginti annos quotidie in Hortis adest noster, ubi passeris circumsilientes e manibus vel ore hominis grana³ capiunt. Pol omnes passeris nominatim⁴ novit, qui appellati statim ad dominum volant. Pabulator⁵ avium nunc a summo⁶ rei⁶ agrariae⁶ per Galliam praefecto⁶ laudis⁷ insignibus distinctus⁷ est. Multi sunt, qui huic rei arrideant.⁸ At nos merita Henrici Pol maxima laude digna putamus, quia non ignoramus omnes hortos, delectationi hominum destinatos sine his, aëris incolis tristes ac vastos⁹ esse. Homines boni amant bestiolas, quae ad vitam nostram exornandam¹⁰ factae sunt, neque sinunt¹¹ eas a malis vexari.

Trahulā¹² devehebantur¹³ Budae in praerupta¹⁴ Viā¹⁵ Vallari,¹⁵ nivibus lubricā,¹⁶ liberi Landhammeri consilarii: Tiberius, septemdecim annos natus et Margaretha, quindecim annos nata. Pulcherrime trahula aliquoties delapsa¹⁷ est, sed repente lapide prominente¹⁸ illisā¹⁹ frater et soror magna vi excussi²⁰ sunt. Puella capite ad arborem afflicta¹⁹ graviter vulnerata est, pueri autem cerebrum²¹ conquassatum.²¹

¹ Tuileriák kertje ² cibo etet ³ gabonaszem ⁴ névleg ⁵ etető ⁶ földművelésügyi miniszter ⁷ kitüntető jelvényt nyert ⁸ megmosolyog (dal.) ⁹ puszta ¹⁰ szépít ¹¹ enged ¹² kis szán, ródli ¹³ lebocsátkozik ¹⁴ meredek ¹⁵ Sánc-utca ¹⁶ csuszós ¹⁷ lecsuszik ¹⁸ kiáll ¹⁹ nekivágódik ²⁰ kirepít ²¹ agya megrázkódott

In officina²² seismographica²² Budapestinensi et Ógyallana ingenti concussu²³ terra aliquo loco mota²⁴ esse nuntiabatur. Officinae utriusque suppellectilibus,²⁵ quae terrae motibus²⁴ observandis²⁶ destinatae sunt, terrae motus vehementissimi notantur.²⁷

Postridie²⁸ confirmatum est in Scythia²⁹ (intra²⁹ Inaum²⁹) terrae motum fuisse. Tres vici solo³⁰ aequati,³⁰ hominum interfectorum numerus incertus. Viae montibus prostratis³¹ inviae³² factae sunt, humus vero profunda hiavit.³³

Prope Pompeios in via Stabiana corpus mulieris effossum est, cuius digiti et brachia pretiosissimis gemmis³⁴ ornata erant. Mulier ab eruptione Vesuvii evasura in fuga cineribus³⁵ eructatis³⁶ sepulta esse videtur, ut nunc, post duo millia annorum effodiatur.

Ad conventum³⁷ rei publicae Gallicae 227 legati³⁸ de aedificando portu maritimo Parisiano retulerunt.³⁹ Ad quam rem perficiendam Parisii cum Portu⁴⁰ Gratiae⁴⁰ per canalem coniungentur. Non est dubium, quin populus Gallicus, quā est sollertiā⁴¹ vique⁴² ingenii,⁴² consilium ingentissimum, cuius prima mentio⁴³ iam anno 1740 facta est, exsequatur. Bis⁴⁴ millies⁴⁴ quingenties⁴⁴ quadragies⁴⁴ centenis⁴⁴ millibus⁴⁴ francorum opus⁴⁵ erit⁴⁵ ad canalem exaedificandum, quae summa, quamquam horrenda, tamen optime collocabitur,⁴⁶ quia illo portu Parisii ab omnibus hostium incursionibus defendentur, nedum⁴⁷ urbs emporium⁴⁸ sit futurum, quod plurimis undique commeantibus⁴⁹ navibus frequentaretur; sed etiam periculum inundationum, quibus Parisii obnoxii⁵⁰ sunt, portu exaedificato tolletur.⁵¹

²² földrengést jelző hivatal ²³ rázás ²⁴ renget ²⁵ eszköz ²⁶ megfigyel ²⁷ feljegyez ²⁸ másnap ²⁹ Turkesztán ³⁰ a földdel egyenlővé lett ³¹ prosternor = omlik ³² járhatatlan ³³ meghasad ³⁴ ékszer ³⁵ cinis, (-r) hamu ³⁶ kihány ³⁷ parlament ³⁸ képviselő ³⁹ indítványoz ⁴⁰ Le Havre ⁴¹ lelemény ⁴² tehetség ⁴³ említés ⁴⁴ 254,000.000 ⁴⁵ szükséges ⁴⁶ befektet ⁴⁷ nem szólva arról ⁴⁸ gócpont ⁴⁹ közlekedik ⁵⁰ alávetett ⁵¹ megszüntet.

Robinson. XVIII.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

Rebelle vincuntur. Ultimus relegationis dies. Hispani revertuntur. Robinson in patriam redux gaudia sorditur¹ luctu² permixta.

Ducem praeceuntem omnes silentio sequentur, in³ quibus Quintus secum ferebat vincla catenasque, quibus captivi deligati erant. Propius aggressi maximo cum gaudio comperiunt,

omnes coniuratos alto somno oppressos dormire. Tum Robinson primum arma passim⁴ per herbam abiecta colligi abscondique⁵ iubet. Dein ex ordine prout⁶ iacebant, pedes singulis colliguntur, mox etiam brachia.

Expergiscitentibus⁷ et clamare conantibus partim ora obturantur,⁸ partim sclopeta in terrorem⁹ pectoribus admoventur. Ita omnes rebelles per dolum capti abripiuntur et in speluncam nuper inventam detruduntur.¹⁰

Post meridiem sub horam tertiam fragor tormentorum auditur. Mox alia scapha cum armatis ad socios quaerendos appellitur. At Robinsonis ductu haec quoque conspiratorum¹¹ manus¹¹ superatur et vesperi tenebris¹² iam abortis navis magna per vim dolumque expugna-




tur, vix nonnullis vulneratis et uno tantum occiso: principe coniurationis.

Itaque rebellio uno die orta et repressa est, omnesque coniurati capti; qui interim ad sanitatem¹³ redierant,¹³ in vincula coniecti.

Ceterum tota nox prae gaudio pervigilata.¹⁴ Illucescebat¹⁵ tandem dies, quem Robinson per decem annos ardentissimo animo desideraverat. Aderat finis exilii et captivitatis!

Cum perfusus¹⁶ ingenti laetitia somnum capere non posset, solito¹⁷ maturius surrexit,¹⁸ quo¹⁹ diutius ultimā in his terris aurorā perfrueretur. Precibus matutinis, quas de²⁰ more²⁰ sub²¹ divo²¹ persolvebat,²² adiungit gratias pro inspiratā salute simulque vota²³ pro felici in

1 «élvez» 2 gyász 3 közül 4 szerte 5 elrejt 6 aszerint, amint 7 ébred 8 betöm 9 ijesztésül 10 belök 11 összeesküvők csapata 12 sötétség 13 meggyógyul 14 átvirraszt 15 virrad 16 perfundo előnt 17 a szokottnál 18 surgo fölkel 19 = ut eo 20 szokás szerint 21 szabad ég alatt 22 «végzett» 23 könyörgés




patriam reditu. Mox diffugiunt de coelo stellae, oritur sol et navis magna iussu nauarchi ex alto propius ad litus accedit.

Nil²⁴ igitur iam negotii²⁴ habebat Robinson in insulā suā, nisi ut ex partis²⁵ eligeret navique imponeret, quae secum in patriam ferret, monumenta²⁶ aerumnarum²⁷ exhaustarum²⁷ vitaeque solitariae. In his autem erant: vestimenta e pellibus lamarum confecta, umbella frondea, arcus cum sagittis, securis lapidea, quaedam alia instrumenta, praeterea psittacus canisque niger et duae lamae. Omnes opes ceteras totamque insulam successori²⁸ suo, Hispano, qui populares suos naufragos interim adduxerat, tradidit. Incolarum numerum augebant coniurati, qui capitis²⁹ quidem absoluti²⁹ in insula relictī sunt.

Postquam remansuros ad concordiam colendam³⁰ vitamque honestam et sedulam cohortatus est, cum Quinto et Ioviano conscendit navem, quae secundis ventis acta³¹ tricesimo iam die oram³² Galliae legere³² coepit. Mox in conspectu apparuit Britannia, cum pater Quinti nausea³³ aetateque confectus moritur. Ex hoc tempore et ipsi Robinsoni, quo propius advehebatur ad patriam, eo maiore incutiebat³⁴ angorem³⁵ quaestio: utrum pignora³⁶ sua, pater materque, quos olim tantopere contristasset, superstites³⁷ adhuc essent.

Itinere confecto portum patrium tenuerunt. Robinson peritus locorum brevissimam ingreditur viam, quo prius domum paternam attingeret. Tum: «Hic habitavit quondam — indicat Quinto — pater meus», et micante³⁸ corde³⁸ aperit portam. In vestibulo³⁹ agnoscit vetus ho-



rologium⁴⁰ magnum, agnoscit armaria⁴¹ eodem adhuc loco posita.

Hinc sarcinis⁴² depositis intrant cubiculum,⁴³ ubi a sene praecano⁴⁴ hisce verbis excipiuntur: «Salvete et vos! Quid me⁴⁵ vultis? Quem quaeritis?» Robinsoni vox in faucibus⁴⁶ haesit⁴⁶ et lacrimis obortis aliquamdiu singultabat.⁴⁷ Demum aegre haec proferre poterat: «Pater mi! Non me agnoscis? Ille ego filius tuus perditus!⁴⁸

Ignosce⁴⁹ mihi veniam⁵⁰ petenti!» «Fili mi, fili mi — inquit senex amplexans⁵¹ Robinsonem — nunc iam securo et tranquillo animo moriar».

Neque Quintus lacrimas retinere potuit.

Beatissimam exinde vitam vivebat Robinson cum patre et amico suo peregri⁵² allato.

Id unum dolore eum afficiebat,⁵³ quod matris suae dulci aspectu carere debebat. Filio adhuc absente mortua est.

(Finis.)

24 semmi dolog 25 pario szerez 26 emlékül 27 a szenvedett nyomorúság 28 utód 29 fölmentve 30 ápol 31 ago üz 32 a partot megközelíti 33 tengeri betegség 34 «okoz» 35 aggodalom 36 kedvesei 37 superstes «életben» 38 szívdobogva 39 pitvar 40 óra 41 szekrény 42 teher, holmi 43 szoba 44 időelőtt megöszült 45 «tőlem» 46 torkán akadt 47 zokog 48 elveszett 49 megbocsát 50 hocsánat 51 ölelget 52 messziről 53 eltölt.



Rusticus¹ /ad medicum² dormitantem/: Medere³ mihi, medice! Murem devoravi.⁴ Quid faciam?

— Sume⁵ felem,⁶ quae murem prehendat et desiste⁷ mihi molestiam⁷ exhibere!⁷

A. Gusielle.

Dominus quidam per iocum faman divulgabat⁸ in horto suo ter vocem⁹ remitti.⁹

Multos aliquando amicos invitavit, ut rem miram monstraret, postquam servum in fruticeto¹⁰ occultavit.¹¹

Hospites adsunt et dominus eos in hortum ducit. Tum vocis¹² imaginem¹² ostentans: «Ubi es?» clamat. Quo¹³ facto¹³ servus ter respondet: «Hic sum, hic sum, hic sum».

L. Óvári.

— **Cingare**,¹⁴ dic mihi, ubi sit iudex?

— Unde scis me cingarum esse?

— Ego omnia divinare¹⁵ possum.

— Si omnia divinare potes, hoc quoque divinabis, ubi sit iudex.

L. Zoufalvy.

Conviva. Ecce, pupule,¹⁶ crustulum.¹⁷

Mater. Age¹⁸ Paule, quid dices?

Paulus. Alterum rogo.

N. Soneriu.

1 paraszt 2 orvos 3 gyógyít 4 lenyel 5 bevesz 6 macska 7 békét,hagy 8 terjeszt 9 visszhang van 10 cserjés 11 elrejt 12 visszhang 13 mire 14 cigány 15 kitalál 16 füeska 17 sütemény 18 nos

Delectus militum¹⁹ habebatur et adulescens quidam digitum inflexit,²⁰ ut militiam effugeret.

— Laborasne²¹ vitio²² corporis? — interrogat eum medicus.

— Laboro. Digitum²³ meum non possum extendere,²⁴ quia inflexus²⁵ est.

— Hoc malo semper affectus²⁶ eras? — interrogat medicus.


— Non ita pridem²⁷ accepi.

— Et quomodo antea tuus erat digitus?

— Sic! — respondit iuuenis, — digitum extendens.²⁴

F. Majer.

¹⁹ sorozás ²⁰ begörbit ²¹ szenved ²² hiba ²³ az ujj ²⁴ kiegyenesít ²⁵ begörbítve ²⁶ sujtva ²⁷ régen.



A	A	I	I	I
I	N	S	S	
S	S	S		
V	V			
V				

I.
Hae 15 litterae ita distribuuntur, ut et deorsum et dextrorsum lectae, eadem significant.

I. L. Nagy.

II.

Venas¹ corporis alit, dum totus est; primā litterā demptā² in herba latel³ et mordet.⁴

III.

Anulus⁵ aureus venalis⁶ est. Si quilibet sodalium quinas coronas mihi det, tantum 30 coronae desint; sin quilibet senas coronas det, 40 coronis plus habeam, quam requiruntur.

Quot sunt sodales? quanti est anulus?

Franciscus P.

IV.

2. 3. 4. animal.

5. 1. 10. 3. 9. qui loqui nequit.

6. 7. 11. 11. spes agricolae.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. superlativus adiectivi.

8. littera.

1—18. verbum publicum.

Manilla.

¹ az ér ² elvesz ³ lappang ⁴ harap ⁵ gyűrű ⁶ eladó.

V.

Quis est numerus ille minimus, quō per 6 diviso superent duo, diviso per 13, superent tria?

Z. Erödsy.


VI.



Solutiones aenigmatum numeri 9.

I. 25. II. 36. III. 1200 et 800 coronae collocabantur. IV. Roma, ovis, mihi, Asia. V. Iacta alea est. VI. Et.

Recte dissolverunt aenigmata: Quidam sine nomine Budapestinensis, F. Dalmoki, M. Dávid, L. Engel, Gr. Fejér, Z. Hajós, C. Kollár, A. Manovill (alterius solutionem tarde misisti), Eug. Maros, L. Mattos et A. Falsik, C. Muraközy et I. Száiber, fratres Naschitz, T. Osztrovsky, F. Rosner (valde te amabo, si pulchrius scripseris), I. Sorger, A. Spiegel, fratres Théron (Parisiis), fratres Totis, G. Vavrincez, D. Vidats, A. Wahner, A. Weisz, F. Wolf, Eug. Zala, L. Zoufaly, N. Zöldy. — Praemium Theodoro Osztrovsky adiudicatum est, qui se ad administratorem conferat.



Hoc numero primum spatium semestre anni II. finitur. Rogamus igitur sodales nostros, qui pretium IUVENTUTIS nondum solverunt, ut rem componere velint.

Duverdie. Speramus fore, ut anno insequenti IUVENTUS notis Gallicis prodeat.

II. Sabaria. Tuorum solutionem mittas. — I. L. Nagy. Singuli numeri IUVENTUTIS non veniunt. Involuta fortasse facienda curabimus. — Th. Osztrovsky. Non statim ad omnia respondeo. Quando solvendum sit, tu scire debes. — L. Bródy. Narrationes longiores cum meo dolore repudiare cogor. Quae misisti, recensebo. — L. Heigli. «De Achille et testudine» optime perscriptum, sed paulo difficilius est. Alterius versionem Hungaricam fac mittas. — A. baro Csávossy. Aenigma tuum bonum videtur, sed doleo, quod legere non possum. Recte perscriptum mittas velim. — A. Kelemen. Recte, sed inhumane. — I. Huszár. «Anguis» edetur. — M. Olasz. Adeas fratres Théron (Parisiis, 79 Boulevard Haussmann), qui adulescentuli humanissimi mihi videntur. Fortasse vel ipsi satisfacient tibi, vel alio modo te edocebunt. Carmen pulchrum fortasse divulgabitur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.